

LIBER

Contra quēdam wikleffitā.	li.	i	
Ad canonicos regulares:	li.	i	Ecce nos reliquim⁹ omnia.
De pprietate monachorū:	li.	i	
Sermones de tempore:	li.	i	
Sermones de sanctis.	li.	i	
In Canticacanticorū	li.	i	
Epistolarū ad diuerfos:	li.	i	H. de Lagensteyn. dictus.
Quæstiones uariæ.			

Alia quoq; multa edidit: quæ ad noticiā meā non uenerūt. Claruit temporib⁹ Ru-
perti palatini Bauari regis Romanorū: & Bonifacij papæ noni: Anno domini Mil-
lesimo. CCCC.

i Obannes de Bromyard: ordinis fratrum prædicatorum sancti Dominici: uir in
diuinis scripturis studiosus & longa exercitatione doctus: sæcularium quoq;
litterarum non ignarus: ingenio excellens: & egregius declamator: Scripsit
quædam præclara uolumina: quibus memoriā nominis sui apud posteritatem stabiluit.
E quoq; numero subiecta ferunt. Opus magnū & luculentissimū ac prædicatoribus
ualde utile: Quod prænotauit:

Summā prædicatorum:	li.	i	Prædicatorum uita & c.
Summā iuris moralis:	li.	i	Q in sequenti opusculo.
Sermones de tempore:	li.	i	
Sermones de sanctis:	li.	i	

Alia insuper multa scripsisse dicitur: quæ ad noticiā meā non uenerūt.

i Obannes Gluel: natione teutonicus: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper
uirginis de monte Carmeli: prior Coloniensis: de Agsgrani ciuitate imperiali
oriundus: uir in diuinis scripturis egregie doctus: & sæcularis litteraturæ non
ignarus: in declamandis sermonibus ad populū excellentis & præclaris ingenij: Scripsit
inter cætera studij sui opuscula: uolumen huiusce religionis cultoribus non abiiciens/
dum: de origine & pfectu ordinis sui: quod prænotauit:

Speculum carmelita.	li.	i	
Sermones de tempore:	li.	i	
Quadragesimale:	li.	i	Thesaurigate uobis the.
Sermones de sanctis:	li.	i	

Claruit in cōuentu suo Coloniensi: uaria scribens & cōponēs opuscula: ubi tandem
deficiens & diem suum obiens in pace sepultus est.

b Einricus Euta siue Oyta: natione teutonicus: gymnasij wenenensis in Austria
unicū decus & complantator a principio: uir in diuinis scripturis eruditissim⁹
mus: & in philosophia aristotelica nobiliter doctus: ingenio subtilis: sermo-
ne scholasticus: & declamator sermonum egregius. Scripsit multa præclara uolumi-
na: de quibus ad manus nostras paucissima hucusq; peruenerūt. Legi em̄ dūtaxat:

Super sententias:	li.	iiij	Circa plogū primi sniaz.
De contractibus,	li.	i	Diligite iusticiā qui iudic.
De cōceptiōe sanctæ Mariæ:	li.	i	Coniuget uirgo de israel.
Et quosdam sermones:			
De cæteris nihil uidi.			

Claruit in gymnasio wenenensi: sub wencislao imperatore: cum Heinrico de Hassia:
Anno domini Millesimo. CCC. XC.

b Einricus de Andernacho: natione teutonicus: ordinis fratrum beatæ Mariæ
semper uirginis de monte Carmeli: uir in diuinis scripturis studiosus & eru-
ditus: & aristotelicæ philosophiæ interpres egregius: ingenio excellens: &
declamator sermonum inter omnes sui tēporis famosus: Edidit non paruipendendæ
auctoritatis opuscula: de quibus ferunt subiecta. Opus præclarū:

suaprint